Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



vinū quoq; amphore vi. Rex q̄ colebat eum. & ibat psingulos di es adorare eum. Sed deus daniel adorabat deum suum. Dixit quoq; ei rex. Quare nō adoras bel. Qui respondens ait ei. Quia non colo ydola manu facta. sed uiuentē deū qui creauit celum et terram. & qui habet potestatem omnis carnis Et dixit ad eum rex. Nonne uides tibi bel esse uiuens deus. An nō uides quanta comedat & bibat cotidie. Et ait daniel arridens. Ne erres rex. Iste enī intrinsecus lutheus est. & foris eneus. nec q̄ comedit aliquā nec bibit. Et iratus rex uocauit sacerdotes suos et ait eis. Nisi dixeritis mihi. q̄s est hic qui comedat impensas hasce cenum. Si aūt ostenderitis quoniam bel comedat hec moriet daniel. quoniam blasphemauit bel. Et dixit daniel. Fiat sm̄ uerbum tuum rex. Erāt aūt sacerdotes. bel. xxx. exceptis uxoribus & filiis & paruulis eorum. Et uenit rex cum daniele intēplum Belus. Et dixerunt sacerdotes belis. Ecce nos egrediemur foras. et tu rex pone escas. & uinū misce & claude ostium & signa anulo tuo Et cum ingressus fueris mane nisi inueneris omnia comesta a bel. morte moriamur. Vl' daniel qui mentitus est aduersum nos. Cō fidebant enī. quia fecerant sub eo absconditum introitum & per illū ingrediebantur semp & deuora bant ea. Factum est igitur postquam egressi sunt illi. & rex posuit cibos ante bel. Precepit daniel pueris suis. & attulerunt cinerē et cribrauit per totum templum coram rege & egressi clauserunt ostium & signantes anulo regis abierunt. Sacerdotes aūt de nocte ingressi sunt iuxta consuetudinem suam. & uxores & filii eorum & comederunt omnia & biberunt. Surrexit aūt rex primo diluculo & daniel cum eo. Et ait rex. Salua ne sint signa tua daniel. Qui respondit. Salua rex. Statimq; cum aperuisset ostium. intuitus ē rex mensam & exclamauit uoce magna. O magnus es bel. & non ē apud te dolus quisquā. Et risit daniel & tenuit regem ne ingrederetur intus Et dixit. Ecce pauimentum aliquid uidere cupio. uestigia uirorum & mulierum & puerorum. Et iratus rex. apprehendit sacerdotes & uxores & filios eorum & ostenderunt ei abscondita ostiola per que ingrediebantur & consumebant que erant sup mensam. Occidit ergo eos rex. & tradidit in potestatem daniel. Qui subuertit eum et templum eius. xv

In illo tempore erat draco magnus in loco illo & colebant eum babilonii. Et dixit rex daniel. Ecce nunc nō poteris dicere quod nō sit deus iste uiuens adora ergo eum. Dixit q̄ daniel re